

VIGILANTISSIMUM SUUM
VIGILIUM

h. e.

VIRUM PERQVAM REVERENDUM
ET CLARISSIMUM

DN. M. SIMONEM VVACHIUM

Græcio - Variscum,
Lipsiæ ad D. Johannis optimè
meritum,

In DOMINO d. 9. Junii An. ær. Chr. M.DC.LXX. beatissimè
DEFUNCTUM,

Et d. 13. ejusdem justis solennibus

CONTUMULATUM,

ita lugebat desiderabatq̃

MINISTERIUM LIPSIENSE.

Literis SPÖRELIANIS.

Biogr. erud.

D. 1690, 6



Unctus es officio Vigilis, dilectus, fidelis,
Mansisti ardens in statione tuâ.
Hinc anima est tua jam coram Censore supremo
Libera, nec pavidus pectora terror habet.
Felix, alterius qui se non crimine fœdat!
Peccatum proprium tollit amica fides.

Test. aff. & condol. c. f.

D. GEORGIUS Lehmann/Superint.

D Avidi quod erat Jonathan fidissimus olim,
Et Narsianus Basilio ille pius;
Id SIMON fueras DANIELI. Scilicet inter
Nos constans æquè perstitit usq; fides.

Mors, eheu! fœdus durabile dissecat, eheu!

Postq; KROMAYERUM Te mihi sæva rapit.
Non animi sic facta tamen ruptura, nec unquam

Fiet, nec mortis vis inimica nocet.

Quin etiam in superis iterum sociabimur oris,

Sic manet æternum fœdus amicitiae.

cujus monumentum quaecunq; posuit hocce *Ægyptos*

D. DANIEL Müller/ad S. Nicol. Archidiac.

M Ors Kromayeri, quem tota Ecclesia luget,
Acri haud immeritò pectus incerore replevit;
Nec minus ingentem tua mors mihi acerba dolorem
Affert, quâ dulci & tanto jam privor amico.

Ingenus candor, res inter mortua penè

Hoc ævo nostro, constantia summa, fidesq;

In Te prisca fuit, Sinceri fœdus amoris,

Invida, nil aliud, potuit mors solvere solâ.

Deflebunt alii, mecum mortem hancce dolentes,

Svadam, doctrinam, Zelum, pietatis amorem;

Ast ego amicitiae nostrae vah! defleo jura.

AMICO DESIDERATISSIMO

supremi Honoris ergo fac.

Gottfried Christianus Bose / SS. Theol. D.

& ad D. Thomæ Archidiac.

Justum

Justum est, in Domino ut requiem *somnumque* capeſſat,
Qvi pro ovibus Domini *pervigil* usque ſtetit.
Corporis hæc ſtatio vires animique fatigat,
Quò magis fed dura eſt, hoc magis grata quies.
Feſtum ergò excubiis dum dat DEUS, optime WACHI,
Somno, miti iſthoc Te ſtatione puta.

Exiguum hoc magni adfectus ac desiderii monumentum
L. M. Q. P.

THOMAS STEGER, SS. Theol. Lic.
Verbi ad D. Thomæ Min.

Magna fuit ſuper atque in Te *vigilantia*, WACHI,
A quâ, ceu credo, nomen & omen habes.
Pro Te namque *Vigil vigilum vigilavit* abundè,
Circum Te *vigiles* caſtra habuere DEI.
Pro grege commiſſo *vigilaſti* nocte dieque
Paſtor per plusquam bis tria luſtra catus.
Nunc tandem ponis, ſic diſponente Jehova
Per vigiles curas, queis cruciatus eras.
Corpore nunc dormis, animo *vigilante* Jehovam
Latus conſpiciens *in vigilum* excubiis.
At nos rellinquit noſtris DEUS *invigilantes*
Curis, quas tandem ſolvere Jova velit.

συμπάστων Collegæ deſideratiſſimo ſcr.

L. SIMON Löffler /
ad D. Nic. V. D. M.

Exubias vigilanter agens ſtatione recedit:
Dux vocat, & meritis ſolvere digna parat.

Que gratuita Supremi Ducis ſtipendia vigilan-
tiſſimo Wachio gratulatur

L. JO. BENEDICTUS CARPZOV,
Prof. Publ.

Recht

Wacht ist die Wach versehn / Du Wächter vieler Seelen
Des Hauses Israels / wenn man nach vielen quälen
So von der Warte geht / und folgt der Sieges-Fahn /
Dadurch der Große Held zeigt an die Friedens-Bahn.
Stets stund' st du auf der Wart / dich fleißig umzusehen /
Und treue Wach zuthun / dem Ubel zuentgehen /
Das alle Stunden wacht / und niemals feyret nicht :
Ist da der Tod ankömmt / bist du noch aufgericht.
Wol dem / den so / wie Dich / der Feldherr wachend findet /
Mit beten ausgerüst / im Glauben wol gegründet !
Denn also kan man recht zum Friedens-Häusern gehn /
Wenn selbst der Heyland rufft : Recht ist die Wach
versehn.

Zu letzten Ehren
des seel. verstorbenen Hrn. M. Wachs/
seines liebwerthen gewesenen Collegæ
schriebs in eyl

M. Daniel Griebner /
der H. Schrift Baccal: und bey der Kirchen
zu St. Nicolai Frentags-Prediger.

*Ezech. III,
17.
*Dan. XII. 3.
Q Vi vigil * in Domini templo fuit usq; fidelis,
Nunc vigil in caelo lucidus * usq; manet.
Crede: Omnes lugent vigilem hunc; ego lugeo corde,
Cujus corde frui non mihi porrò licet.

*Hisce paucis
obitum Desideratissimi Sui Dn. Collegæ
lugens prosequēbatur*

M. PAULUS Winckelmann /
Past. Nosoc. & Conc. ad D. Nicol. Sabbat.
F I N I S.

Dieys. und D